



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

Vastovius, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.

Carolus Folchungus. M.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38534

CAROLVS FOLCHVN-
GVS MARTYR FLORVIT
ANNO CHRISTI 1220.

HONORIO III. Pontifice.

FRIDERICO II. Imperatore.

CANVTO Rege.

Caroli ardor
pugnandi con-
tra infideles.



Barbaros plu-
rimos stravit.

Gloriosum
bit, sociis &
militis eius obi-
tium deplorantibus.

CAROLVS Dux Ostrogothiæ, gente Folchungus tanto fidei feruore accensus fuit, vt nullis precibus reuocari potuerit à bello, quod Cruciferi cū Lithuanis Idololatriis, Æstionibus & Moschis susceperunt. Felicem quippè beatumque se fore existimabat, si pro Christi honore vitæ caducæ residuos eosque incertos annos erogare posset. Nec secus euenit. Nam ingenti numero Barbarorum sua manu prostrato, admiranda fortitudinis opera edidit, tum postmodum inuictum cum sanguine spiritum Martyr profundit; cunctis Christianis qui funestæ pugnæ supereant ob eius incomparabilem fortitudinem, & fata præmatura collachrymantibus, Birgerus Ierl, licet viuum propter potentiam iniquius ferret, mortuum nihilominus planxit, sumptuosissimisq; exequiis prosequendum curauit, obiit vero anno salutis Millesimo Ducentesimo vigesimo.

De eo Ioan. Mag. lib. 19. Hist. Goth. cap. 18. & reliqui.

CARO-